



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm XV. Dilectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

NOTANDVM III. Episcopus ordinem maiorem conferens non habenti titulum sustentationis, vel patrimonium sufficiens, beneficium Ecclesiasticum ei prouidere debet: Atque interea dum consequatur, ipse Episcopus, & successor eius hominem alere cogitur, c. Episcopus, 4. c. cum secundum, 16. de præbend. c. Si Episcopus, 37. eod. in 6. Vide quæ dixi cit. c. 10. n. 5.

CAPITVLVM XV.

Dilectus.

PARAPHRASIS.

Vacante Ecclesia Humiliensi, Canonici elegerunt, aut potius postularunt Guilielmum in minoribus ordinibus constitutum. Hinc Episcopus Trecensis yno die omnes tres sacros ordines contulit: Et cum de hoc facto suo examinaretur, iuratustus dixit, non proprio auctu, sed ex Metropolitanu mandato id egisse; postea vero confessus fuit, sine mandato se ad hanc inordinatam ordinationem processisse. Sed etsi Archiepiscopus illi mandasset, parere illi non potuisse, cum Archiepiscopo in hac facultas à sacris canonibus concessa non sit. Quare cum dictus Episcopus Trecensis in pluribus grauerter deliquerit, ideo eum Honorius III. ab ordinandi potestate tamdiu suspendit, donec Sedi Apostolice visum fuerit absoluere.

SUMMARIUM.

1. *Episcopi & Archiepiscopi non possunt dispensare in universalibus Ecclesie canonibus, nisi id ipsi concessum sit.*
2. *Si Superior aliquid inbet contra legem, in qua dispensare non potest non debet subditus obedire.*

NOTANDVM I. Episcopi, & Archiepiscopi dispensare non possunt in universalibus Ecclesie canonibus, nisi id ipsi concessum reperiatur. Quæde re dixi lib. I. Th. mor. tr. 4. c. 22. n. 4.

NOTANDVM II. Si Superior aliquid iubeat contra legem, in qua dispensare non potest, non debet subditus obedire: quia ille transgreditur limites potestatis sue. Sin autem Superior aliquid iubeat contraria legem, in qua dispensare potest, debet illis obedi, quia tacite seu ipso facte dispensare censetur. Ut si Prelatus dispensandi potestate predictus subditus, quem irregularem esse scit, ad ordinates suscipiendos mittat, sicuti dixi eod. c. 22. n. 7.

CAPITVLUM XVI.
Consultationi.

PARAPHRASIS.

Gregorius IX. consultus ab Archiepiscopo Baranensi de ijs, qui extra tempora statuta sacros ordines accepert; Respondebat: Dubium nullum esse, quin sacram characterem accepert: Et quamvis ab executione ordinis suspensi esse debeant, tamen Archiepiscopum, post penitentiam ipsis pro delicto impositam, permettere posse, ut in ordine suscepto ministrarent.

SUMMARIUM.

1. *A suspensione, aliæue censurâ, que infinitè fertur, nec Papa reservatur, absoluere potest Episcopus, & similem Episcopali iurisdictionem habens, si non depositâ contumaciâ Ecclesie parere velit.*
2. *Nisi tanquam crimen à Clerico commissum sit depositione dignum.*

NOTANDVM Vn. Si in canonibus dispensatio, aliæue censura indefinite leatur propter delictum, & Pontifici non reseretur, censetur Episcopis aliquique similem Episcopali iurisdictionem habentibus concessa potestas absoluendi, si reus depositâ contumaciâ Ecclesie parere velit. Ita colligitur etiam ex c. ex literis, I. de constitut. & c. nuper 29. de sent. excommunic. Idem.